

dentis miraculi. Sanaverat enim in finibus Tyri & Sidon filiam Dæmoniacam Sirophænissæ. Luculenter itaq; apparet, fidem esse ex auditu, ut Apostolus loquitur.

2. Notandum DEUM ubiq; habere suos electos.

3. Quilibet proximum suum adducat CHRISTO, monendo, precando & instituendo.

4. Fides minutissimo medio est contenta, petunt tantum, ut imponat ei manum. Exemplum in Elia. 1. Reg: 17.

DE II. LOCO.

I. Notentur ceremoniæ: *Apprehendit eum de turbâ seorsim, misit digitos suos in auricolas ejus, &c.*

V S V S.

Esai. 63. Christus solus est auxiliator.

II. Mandatum: *Hephatha.*

V S V S.

1. Christus est promptus ad juvandum, quod facit in nostram consolationem & imitationem, ut mutuis officijs nos invicem juvemus.

2. Christus est Salvator omnium hominum, maximè autem credentium.

i. Tim. 4

III. Effe.